



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Additiones Et Decisiones S. Rotæ Romanæ ad Tractatum Erasmi à Chokier
De Jurisdictione Ordinarii in Exemptos. Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)



ADDITIONES ET DECISIONES
S. ROTÆ ROMANÆ

ad Tractatum

ERASMI à CHOKIER

De Jurisdictione Ordinarii in Exemptos.

P R Æ F A T I O.

Quod Hebræis olim scripsit Apostolus, nihil ad perfectum adduxit lex, idi ipsum mutatâ paulisper sententiâ, verbis tamen iisdem liceat dicere de quavis humana lege. Uti enim veteris legis à Deo traditæ perfectio gratia erat, quæ per Christum facta est, non per ipsam legem, ita humanæ legis perfectio & finis, quo consumatur, non consumitur, ipsa est operatio, ut Philosophus inquit in 6. *Ethic. cap. 7.* ad quam tamen ipsa lex sua virtute neminem adducit. Quid enim aliud indicant verba illa Juliani J. C. in lib. 10. ff. de Legib. Neque leges, neque Senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, & eiusdem in l. 12. eod. tit. non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus aut Senatusconsultis comprehendendi; nisi hoc ipsum, quod lex nihil ad perfectum adducit: necessaria est igitur prudentum interpretatio, per quam ea, quæ generaliter legibus constituta sunt, singularibus applicentur. Quisquis igitur & modernorum & antiquorum scripta evolverit, mirabitur, cum ea ubique additionibus plena viderit; mirari desinet, ubi & legis & hominis conditionem agnovit: Scripta sunt doctissima, fateor & elegantissima, nec tamen idonea perfecta; perfecta opera ab homine desiderare, nescio si hominis sit, certe prudentis non est. Quocirca nec inanem, nec omnino novam rem me facturum existimavi si præclarissimi J. C. ERASMI à CHOKIER, de Jurisdictione Ordinarii in Exemptos

* 2

P R Æ F A T I O .

emptos, doctissimè elaboratis Commentariis, quorundam singulariur castum
singulares Decisiones subjicerem, non quasi ipsum opus, alioquin satis eliminatum
perfecturus, sed ea, quæ in illo sub universalibus verborum involucribus quasi abscon-
dita videbantur, sublato cortice in contingenti facti aperta singularitate ostenturum.
Nec verò aliorum mihi Prudentum interpretationes querere visum fuit, quàm eo-
rum, quos ex omnibus orbis terræ partibus, in unum collectos, atque in circuitu
S. Sedis Apostolicæ, velut in Rota non volubili, sed fixa positos, Romana & uni-
versalis Ecclesiæ suspicit & veneratur. Quibus si pauca illa ad junxeris, quæ ex erudi-
tissimis quondam Illustrissimi & Reverendissimi D. Prosperi Fagnani scriptis, di-
ligenter segregata singulis quæstionibus subtexui; totum hoc Additionum Opus in
iplo fonte, unde haustum est, habebis, solus ordo, sola dispositio mea est, cætera
aliena. Si quid in concinnum erit aut inordinatum, festinanti mihi facile benevolenti
Lector indulgebit, si ve quæ pleribus locis repetita invenit, non superfluitatem
cuset, sed meminerit firmamentum sententiæ, secundum D. Augustini dictum, ut
repetitione esse, ad significationem rei sufficere unum, ad significationem huma-
menti accedere alterum.

CENSURA ORDINARI.

TRactatum ERASMI à CHOKIER Juris Consulti Leodiensis in duos To-
mos ab ipso Auctore distinctum, unà cum Tomo tertio complectente varias
ac peritiles Additiones, nec non Sacræ Rotæ Romanæ Decisiones novissi-
mas cura & studio Nobilis & Clarissimi Domini JOANNIS PETRI
VERHORST, Colonienfis, J. U. Doctoris & Prothonotarii Apostolici di-
ligenter collectas, ac ritè dispositas, attentè legi, qui cum nihil fidei Catholicæ con-
trarium, aut bonis moribus dissonum contineat, utiliter imprimi poterit. Ita cen-
seo & sentio Coloniae Agrippinæ hac 20. Martii 1687.

F. THEODORUS, DEGHENS S. T. D.
Canonicorum Regularium S. Crucis ad Rhenum
Provincialis, & Prior Coloniae, Librorum Censor
Ordinarius mp.